Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



rege ait. Diuidite inquit infantem viuū
in duas partes; et date dimidiam partē vni.
et dimidiam partem alteri. Dixit autem mu
lier cuius filius viuus erat ad regem; cōmota
sunt quippe uiscera eius sup filio suo. Obsecro
mi domine; date illi infantem viuum et nolite
interficere eum. Econtrario illa dicebat. Nec
michi nec tibi sit; sed diuidatur. Rn̄dit rex et
ait. Date huic infantem viuum; et non occi
datur. Hec est enim mater eius. Audiuit ita
q̄ omnis isrl' iudicium qd̄ iudicasset rex. et ti
muerunt regem; uidentes sapiam dei eē in eo ad
Nill' t; Prope S. iohem. faciendum iudiciū
erat pascha iudeorum; et ascendit ihs ierlimā.
Et inuenit in templo uendentes boues et oues et
columbas; et numularios sedentes. Et cum fecis
set quasi flagellum de funiculis omnes eiecit de
templo; oues quoq̄ et boues. et numulariorum
effudit es; et mensas subuertit. et hijs qui colū
bas uendebant dixit. Auferte ista hinc. et nolite
facere domum pr̄is mei domum negociacōis. Re
cordati uero sunt discipuli eius quia scriptum
est; zelus domus tue comedit me. Rn̄derunt g̊
iudei; et dixerunt ei. Quod signum ostendis no
bis. quia hec facis. Rn̄dit ihs et dixit eis. Soluī
te templum hoc; et in tribus diebus excitabo illd'.